

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Eilhard Lubin Fridericus Crusius

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro  
: Decimaquarta, Quod Deus Summum Hominis Bonum**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756647444>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.  
Lubinus, Eilh.  
Disp. de veritate relig.  
christianae 1-24.  
1602:03.  
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De veritate religionis christiana	I	
②	Dav. Reoxilius, De ver. rel. the.	<u>II</u>	1601
③	Hart. Hallerwodatus, De ver. rel. the.	<u>III</u>	1601
④	Joh. Bucerius, De ver. rel. the.	<u>IV</u>	1601
⑤	Abr. Dantzat, De ver. rel. the.	<u>V</u>	1601
⑥	Th. Frisius, De ver. rel. the.	<u>VI</u>	1601
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. the.	<u>VII</u>	1601
⑧	Boc. Hegius, De ver. rel. the.	<u>VIII</u>	1601
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. the.	<u>IX</u>	1601
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. the.	<u>X</u>	1601
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. the.	<u>XI</u>	1602
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. the.	<u>XII</u>	1602
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. the.	<u>XIII</u>	1602
14	Frid. Crispius, De ver. rel. the.	<u>XIV</u>	1602
15	Dav. Reoxilius, De ver. rel. the.	<u>XV</u>	1602
16	Hart. Hallerwodatus, De ver. rel. the.	<u>XVI</u>	1602
17	Th. Frisius, De ver. rel. the.	<u>XVII</u>	1602
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. the.	<u>XVIII</u>	1602
19	Joh. Frisius, De ver. rel. the.	<u>XIX</u>	1602
20	Pet. Boethius, De ver. rel. the.	<u>XX</u>	1602
21	Dav. Nicolai, De ver. rel. the.	<u>XXI</u>	1602
22	Joh. Wataham, De ver. rel. the.	<u>XXII</u>	1602
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. the.	<u>XXIII</u>	1602
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. the.	<u>XXIV</u>	1602

Disputationum  
**DE VERITATE**  
**RELIGIONIS**

CHRISTIANÆ,

*EXP. MORNÆI, DE  
 EADEM LIBRO,*

Decimaquarta,  
**QVOD DEVS SVM-**  
 MVM HOMINIS BONVM.

*Quam*  
 DEO DVCE ET AVSPICE  
 PRAE SIDE  
 EILHARDO LVBINO,

*In alma Rosarum Academia defen-  
 dere conabitur*

FRIDERICVS CRVSLVS  
 Oldenburgensis.

*Hora ♂ loco consueto.*

ROSTOCHII  
 Exprimebat Christophorus Reusnerus,  
 ANNO M. D. C II.



ΣΥΝ ΘΕΩ.

DISPUTATIO DECIMA QVARTA.  
QVOD DEVS SVM  
MVM HOMINIS BONVM.

I.

**C**um naturaliter omnium rerum sit finis, sive is verè sive apparet bonus, erit utiq; & hominis aliquis finis (cum ipsa Sapientia, ipsa Bonitas Deus, nihil frustra, nihil Malum considerit) quem Intellectus tanquam scopum respicere, & Voluntas tanquam Bonum debet apperere.

II. Finis a. quia necessariò melior est re ad finem tendente, & nihil sui ipsius finis esse potest; erit necessariò & hominis finis homine melior, qui cum scopo, quem creator omnium sibi proposuit coincidit, nempe Dei gloria; quæ ut finis mundi; ita & hominis summum Bonum & Felicitas.

III. Finis hic in naturâ integrâ, menti manifestissimè prælūxisset, voluntati semper appetitus esset. Supersunt tamen etiam in corruptâ notæ, quibus finis hic cognoscatur, quatenus natura se corruptam sentit, & in gratiâ Dei bonum suum requirit.

IV. Ut autem usum instrumenti cuiusdem non ex corruptione sed integritate aestimamus, & ex peculiari suâ formâ, quâ ab alijs differt, quæ forma omnibus ejus generis instrumentis communis est: Ita etiam hominis licet jam corrupti finem ex perfectione, quam habuit debemus aestimare, idq; ex intellectu superiori animæ parte, quæ omnibus hominibus communis & peculiaris.

V. Summum etiam hominis bonum suas notas habet, quod sit universale, absolutum, & perpetuum, ultra quod nihil desiderari possit.

VI. Ad hasce notas summum Bonum examinabimus. Initio hæ non sunt in mundo; qui non est finis hominis, sed cuius finis homo, & refertur mundus ad sensus tantum, non autem intellectu.

A ij Etum

Etum hominis, qui nihil se dignum in mundo hoc intelligibili invenit.

VII. Restat ergo ut creator sit summum hominis bonum, summus finis, quem intellectus cognoscere & videre, Voluntas amplecti & amare deberet.

VIII. Cum autem integrī & corrupti hominis idem sit finis illeq; non nisi à naturā integri estimari debeat; neq; divitiae, neq; honores, neq; sanitas, neq; virtus, summum bonum esse possunt, cum illa integer integerrima ante lapsum habuerit. Qui integer ut ad Deum adspirabat, ita & nos corrupti ad eundem respirare debemus.

IX. Hic finis, hoc Bonum homini est peculiare, quod nobilissima sui parte intuetur, quod omnibus hominibus commune, & expositum, ad extra, ad intra, ad superiora intuenti, quo neq; clarius, neq; majus, neq; vicinus homini, neq; capacius.

X. Hujus Boni cognitione intellectus forma est, cuius in corrupta natura vaga quādam cognitione reliqua, quæ quia corrupta & confusa, ad impia, superstitiosa, etiam absurdā & indignā fertur. Cum tamen hoc solum Bonum, sit universale, perfectum, absolutum, perpetuum, immutabile, cuius in corruptā naturā nihil, nisi anxium & vanum amissi desiderium reliquum est.

XI. Alij fines, aliaq; Bona, quæ sibi homines proponunt, ad eas, quas præscriptissimus notas examinata, vanitatem, & falsitatem suam ultro produnt. Vbi videare est in omnibus commune Boni desiderium; at mira palatorum varietas ineptissima etiam, & absurdissima quæq; ( more gravidarum pīca laborantium ) appetentium.

XII. Non autem hic est finis, hoc Bonum in Mundo, aut opibus. Ad quas si creatus esset hominis intellectus, cæno & sororibus esset deterior. Iam opes non propter se, sed propter usum, appetimus; quæ uno momento possunt eripi; à quibus plurimi excluduntur; quæ opinione constant; quæ non in homine, sed extra hominem; quas etiam mali possident; quæ plures deteriores reddunt, & à Deo, vero Bono avertunt.

XIII. Non etiam est in alijs hominibus, vel honoribus; à quibus multi prorsus excluduntur; in quibus constituti damna & ma-

& mala vel patiuntur, vel alijs inferunt; ad quos etiam improbis  
aditus patet, & apud improbos: qui si immerito obtingunt va-  
nissimi sunt: si verò meritò, sunt virtutis umbra; quos plurimi  
etiam virtute amittunt; ad quos paucissimi pervenient; qui in  
Malum & perniciem sèpè convertuntur, suosq; possessores de-  
pravant; infelicissimos, anxiros, trepidos reddunt.

X I V. Quid? quod à vulgo inconstanti dependeant; inter-  
dum propter aliud querantur. Deniq; tantum abest ut ambitio  
ad verum Bonum tendat, ut prima sit, quæ hominem inde sedu-  
xerit.

X V. Neq; etiam hic Finis, hoc Bonum est in homine ipso.  
Nam homo ex seipso non ortus, sui ipsius etiam finis esse nequit,  
sed illi demum qui fecit, utilis & bonus.

X VI. Non est in corpore hominis externo, quippe cum illo  
moreretur, & anima tum Bonum amplius non haberet; Et pulcri-  
tudo corporis quæ? quæ spectantem, quam habentem magis  
delectat; quæ levissima occasione perit.

X VII. Nec in animâ; cuius pars vegetativa valetudinem,  
sensitiva voluptatem corporis; rationalis dum in Mundo occu-  
patur Politicen, dum in seipso, Ethicen virtutem, dum in rebus  
divinis, Sapientiam præstat.

X VIII. Sanitas hominis finis non est, sic enim homo sanus  
ante lapsum nullum finem habuisset. Nec corrupti hominis finis  
est, quippe qui hujus felicitatis capienda ineptissimus est; cuius  
corpus intus, extra, sexcentis morbis patet, omni loco, tempore,  
& ex quavis occasione; quæ arbori & plautæ longe perfectior:  
& quæ deniq; sanitate corporis animæ valetudo longè est opta-  
bilior.

X IX. Nec voluptas; quæ bestiæ plenitis & jucundiis sine  
ullo pudore & pœnitentiâ perfruuntur: quæ homini nunquam  
sincerâ, semper plus aloës, quam mellis habens; quæ videri fu-  
git; cuius vix duæ tresve partes toto corpore capaces; cum con-  
tra ne minima quidem corporis pars sit, quæ innumeris morbis  
non aperta sit.

X X. Quid? quod voluptas animæ hâc brutalî corporis vo-  
luptate longissimo intervallo optabilior; quod voluptas corpo-

ris, animam & corpus labefactet & corruptat, quod possidenteum imperfectum reddit, quod non nisi longissimo dolore brevis voluptas ematur; cuius modus & abstinentia etiam apud improbos virtus censetur; & cuius denique subjectum sensus, una cum corpore mors absunit.

**X X I.** Nec in virtute finis hominis; quæ domandis affectibus parata est vitam perturbantibus; ad quos fluctus si homo creatus esset, non initio tranquillus conditus fuisset. Et si post lapsum eo respicere debet; nemo finem illum consequi poterit, cum nemo affectibus carere possit.

**X X II.** Et si quis consequeretur, ad aliud tamen referretur, nempe ad vitæ tranquillitatem. Et quid virtute, si hanc vitam tantum spectet, infelicius? quæ laudatur quidem, à principe, à populo, at fame & frigore contabescat, neuter curabit. Cum nullum tam turpe sit vitium, quod uxorem non promptè inveniat.

**X X III.** Nec Prudentia finis ille, quæ rebus mundanis administrandis paratur. Quæ res sunt malorum & miseriарum inexhaustum pelagus, ex quorum contrectatione non nisi dolores & ærumnas hauias; idque tuo malo, Reip. bono. Quæ Prudentia si lucri vel laudis spe tractetur, ultimus finis non est.

**X X IV.** Nec denique Sapientia, quæ res divinas contemplatur sequitur; ad Deum erigit. Ad quam licet reliquæ, de quibus supra diximus, referantur, opes, valetudo, virtus, prudentia, summum tamen hominis finem & bonum absolvere non possunt.

**X X V.** Quantulo enim hæc sapientia sese erigit? Deum esse, omnes natura docet. Addat sapientia, quod sit bonus, justus. At si cui conscientia insurget, quod homo malus sit, nihil justè agat: quid ex hæc sapientiæ, nisi morsus & dolores, consequetur?

**X X VI.** Neque verò in Dei contemplatione altius, præter illud, quid Deus non sit, potest scandere, quod non sit ut homo mortalîs, mobilis, mutabilis. Quæ altissima hominis contemplatio nihil, nisi abjectissima ignorantia: Ultra quam, qui per se sapere nituntur, idem cum illis faciunt, qui adversus solem intuendo cœciuntur.

**X X VII.** Restat ergo, ut fidei alis, quo mentis acies nequit, eveni ad Bonum illud pertingamus, quod etiam Ethniconum quidam senserunt. Interim tamen hæc ipsa Fides in hac vita, quia credit,

credit, à Deo exspectat, sperat, & desiderat: nondum habet, nondum possidet, nihilq; aliud est, quam mundanorum, & sui ipsius molestum fastidium, & futuri Boni impatiens desiderium, & in præsenti futuri promissi Boni anxia & sollicita exspectatio.

**XXVIII.** Nostræ ergo actiones finem hic, in quo acquiescant, non habent, in altero seculo demum habebunt, videlicet visionem & cognitionem Dei: Deinde ad summum Bonum quod spectat, Dei cognitio, mentis perfeccio, ergo Dei possessio voluntatis satietas, non hic, sed ibi exspectanda, felicitas, quam nec oculus vidit, nec auris audijt, nec mens penetravit, nec ulla humani eloquij infantia expresserit.

**XXIX.** Ad sententiam Philosophorum quod spectat, omnes ad supremum finem respiciunt; sed quia in vita humanæ carcere & Labyrinto, nullis, aut cæcis ducibus errarunt; mirandum paucos, at certè Deo viam monstrante, in veram viam incidisse. Frustra interim illi, qui vitij fugâ se hoc bonum inventuros sperarunt, ignorantibus illam à fugâ sui ipsius, qui ob lapsum omnisi mali somitem circumgerat, incipiendum esse.

**XXX.** Varro 228. de summo Bono sententias Philosophorum refert, quæ ad notas supra recitatas examinatae per se corrunt; & ipsis profitentibus ridiculæ apparuissent, si integratatis & lapsus hominis recordati fuissent.

**XXXI.** Inter quas tamen non nulli, ut de lapsu hominis aliquid coguoverunt, ita per transennam quasi redditum ad Deum pervidérunt. Epicureos cum Brutali sua voluptate in haras ad porcos relegamus. Nec Stoici sibi constant in virtute morum Bonum illud quærentes.

**XXXII.** Peripatetici mentem ad Divinorum contemplationem erigere jubent: Verum quantum inde cognitionem consecuti sint, supra demonstratum. Quod Alexander & Averroës animadvertentes, nescio quibus separatis intelligentijs jungi voluerunt phantasian, aut mentis potentia; ipsi nō minus alijs ridiculi.

**XXXIII.** Platonici soli Philosophorum uno gradu altius reliquis everti, contemplationem nostram meram cum obscuritate & tenebris pugnam esse, ob animæ alas confractas & gravem casum sensere; In recuperatione alarum non in hac, sed in alterâ

vitâ,

vitâ, cum Deo conjungimur & assimulamur, Summum Bonum posuerunt, quod illis est & Deo conjungi, & omnibus bonis impleri.

XXXIV. Aristoteles eodem redijsse videtur cum inquit Deus principium, medium, & finem esse, & Deorum hominumq; hanc esse beatitudinem ut supra hæc caduca evecti perfectissimâ Dei contemplatione perfruamur.

XXXV. Idem melius docent Pythagoras, Mercurius, Zoroastres, Seneca, Cicero, Plutarchus, Iamblichus qui felicitatis Ideam esse ait, Noscere bonum. Quæ cognitio sit sacra porta per quam ad Deum aditus patet, in altera vita demum rectè ingredienda. Idem melius & plenius integris libris Plotinus ait, & Porphyrius, Simplicius cum Epiстero & Syriano præceproribus.

XXXVI. Hi Philosophi omnes beatos apud Deum in altera vita ponunt, & damnatos à Deo removent, & æternis pœnis cruciari dicunt, ut disertè facit Hermes, Orpheus, Pythagoras, Diphilus, Pindarus, Timæus Locrus, Plato serè omnibus Dialogis, potissimum in Apologiâ, Cratylo, Theæteto, Gorgiâ, Phædone Decimo legum, ubi narrat absolutos ad dextram puros & nitidos stare inq; cætum transmitti, damnatos ad lævam situ & squalore obfitos cum ululatu & stridore ad inferos alegari; Item Axiocho, 10 de Rep. &c.

XXXVII. Non jam memoro Plotinum, Porphyrium, Proclum, Hieroclem, qui plurima in hanc sententiam e gregiè dixerunt. Boni, inquit, Iamblichus anima cum Deo in cælo spatiabitur, qui ei domicilij loco erit, Verum quæ se sceleribus contaminari, ad subterranea loca detrudetur, ut judicia, quæ in sceleratas animas exercentur, luat.

XXXVIII. Constat ergo finem hominis in hâc vitâ cognitionem & cultum Dei esse, Et Bonum illi fini adjunctum functionem ejus in cælo, cui gloria, laus, & honor in æterna infinitorum sæculorum sæcula, Amen.


#### A X I O M A T A .

1. Finis & ad finem ordinatum, Bonum.
2. Finis ad finem ordinatis melior.
3. Nihil sui ipsius finis.

— 15 —







ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne viriant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus  
nt, ad constellationem referunt, quâ mundum  
z pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-  
lominari supponunt, quæ vesanorum hominum  
Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ,  
imis sâpe religionibus imbuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ  
ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere  
i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-  
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-  
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias  
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ  
ex fio) prius inter se insulsi & insaní convenient, an-  
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis  
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,  
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-  
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones  
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius  
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-  
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-  
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-  
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-  
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-  
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-  
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-  
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo-  
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica  
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-